

# Vendredi des Quatre-Temps d'Automne

Vendredi 26 septembre 2025

● 2ème classe

## INTROÏT *Psaume 104, 3-4*

**L**ætétur cor quæréntium Dóminum :  
quærít e Dóminum, et confirmámini :  
quærite fáciem eius semper. **Ps. 104**  
Confitémini Dómino et invocáte nomen  
eius : annuntiáte inter gentes ópera eius.  
**Ÿ.** Glória Patri.

**Q**ue le cœur de ceux qui cherchent le  
Seigneur se réjouisse ; cherchez le  
Seigneur et soyez forts ; cherchez toujours  
son visage. **Ps. 104** Célébrez le Seigneur  
et invoquez son nom ; publiez ses œuvres  
parmi les nations. **Ÿ.** Gloire...

## COLLECTE

**P**ræsta, quæsumus, omnípotens Deus :  
ut, observatiónes sacras ánnua  
devotióne recoléntes, et córpore tibi  
placeámus et mente. Per Dóminum.

**N**ous vous en prions, Dieu tout-  
puissant : faites que, par la pratique  
des saintes observances renouvelée  
chaque année avec dévotion, nous vous  
plaisons et de corps et d'âme. Par...

*Mémoire des saints Cyprien et Justine.*

**B**eatórum Mártyrum Cypriáni et  
Iustínæ nos, Dómine, fóveant  
continuáta præsídia : quia non désinis  
propítius intuéri, quos tálibus auxiliis  
concésseris adiuvári. Per Dóminum.

**Q**ue la constante protection des  
bienheureux Cyprien et Justine nous  
soutienne, Seigneur ; car vous ne cessez  
de regarder favorablement ceux auxquels  
vous accordez de tels secours. Par...

## LECTURE *du prophète Osée 14, 2-10*

**H**æc dicit Dóminus Deus : Convértere, Israël, ad Dóminum, Deum tuum : quóniam corruísti in iniquitáte tua. Tóllite vobíscum verba, et convertímini ad Dóminum et dícite ei : Omnem aufer iniquitátem, áccipe bonum : e reddémus vítulos labiórum nostrórum. Assur non salvábit nos, super equum non ascendémus, nec dicémus ultra : Dii nostri ópera mánuum nostrárum : quia eius, qui in te est, miseréberis pupílli.

Sanábo contritiónes eórum, díligam eos spontáneae : quia avérsus est furor meus ab eis. Ero quasi ros, Israël germinábit sicut lílium, et erúmpet radix eius ut Líbani. Ibunt rami eius, et erit quasi olíva glória eius : et odor eius ut Líbani. Converténtur sedéntes in umbra eius : vivent trítico, et germinábunt quasi vínea : memoriále eius sicut vinum Líbani. Ephraim quid mihi ultra idóla ? ego exáudiam, et dírigam eum ego ut abíetem viréntem : ex me fructus tuus invéntus est. Quis sápiens, et intélleget ista ? intéllegens, et sciet hæc ? Quia rectæ viæ Dómini, et iusti ambulábunt in eis : prævaricatóres vero córruent in eis.

### GRADUEL *Psaume 89, 13.1*

**C**onvértere, Dómine, aliquántulum, et deprecáre super servos tuos. **Ÿ.**  
Dómine, refúgium factus es nobis, a generatióne et progénie.

**V**oici ce que dit le Seigneur Dieu : « Reviens, Israël, au Seigneur ton Dieu, car c'est ton péché qui t'a fait tomber. Armez-vous de paroles et revenez au Seigneur. Dites-lui : "Ôtez tous nos péchés, prenez ce qui vous est bon, nous vous offrirons l'hommage de nos lèvres au lieu de taureaux. Assur ne nous sauvera pas, nous ne monterons plus sur des chevaux, et nous ne dirons plus : nos dieux sont les œuvres de nos mains ; car auprès de vous l'orphelin trouve compassion."

« Je guérirai leur infidélité, je les aimerai de tout cœur, car ma colère s'est détournée d'eux. Je serai comme la rosée pour Israël, il croîtra comme le lys, il poussera des racines comme le peuplier ; il étendra ses rejetons, il aura la magnificence de l'olivier et le parfum du Liban. Ils reviendront s'asseoir à mon ombre ; ils feront revivre le froment ; ils croîtront comme la vigne, leur renommée égalera celle du vin du Liban. Éphraïm, qu'aura-t-il encore de commun avec les idoles ? Moi je lui répondrai et je le dirigerai. Je suis comme un cyprès verdoyant : c'est grâce à moi que tu portes du fruit. Que le sage comprenne ces choses ! Que l'homme intelligent les entende ! Car les voies du Seigneur sont droites ; les justes y marchent, mais les méchants y trébuchent. »

**R**evenez, Seigneur, quelque peu, et laissez-vous fléchir par vos serviteurs.  
**Ÿ.** Seigneur, vous avez été pour nous un refuge de génération en génération.

### + ÉVANGILE *selon saint Luc 7, 36-50*

**I**n illo tēpore : Rogábat Iesum quidam de pharisæis, ut manducáret cum illo. Et ingressus domum pharisæi, discúbuit. Et ecce múlter, quæ erat in civitáte peccátrix, ut cognóvit, quod accubúisset in domo pharisæi, áttulit alabástrum unguénti : et stans retro secus pedes eius, lácrimis cœpit rigáre pedes eius, et capíllis cápitis sui tergébat, et osculabátur pedes eius, et unguénto ungébat.

Videns autem pharisæus, qui vocáverat eum, ait intra se, dicens : Hic si esset Prophéta, sciret útique, quæ et qualis est múlter, quæ tangit eum : quia peccátrix est. Et respóndens Iesus, dixit ad illum : Simon, hábeo tibi áliquíd dícere. At ille ait : Magíster, dic. Duo debítóres erant cuidam fæneratóri : unus debébat denários quingéntos, et álius quinquagínta. Non habéntibus illis, unde rédderent, donávit utrísque. Quis ergo eum plus díligit ? Respóndens Simon, dixit : Æstimo, quia is, cui plus donávit. At ille dixit ei : Recte iudicásti. Et convérsus ad mulierem, dixit Simóni : Vides hanc mulierem ? Intrávi in domum tuam, aquam pédibus meis non dedísti : hæc autem lácrimis rigávit pedes meos et capíllis suis tersit. Osculum mihi non dedísti : hæc autem, ex quo intrávit, non cessávit osculári pedes meos. Oleo caput meum non unxísti : hæc autem unguénto unxit pedes meos. Propter quod dico tibi : Remittúntur ei peccáta multa, quóniam diléxit multum. Cui autem minus dimíttitur, minus díligit. Dixit autem ad illam : Remittúntur tibi peccáta. Et cœpérunt, qui simul accumbébant, dícere intra se : Quis est hic, qui étiam peccáta dimíttit ? Dixit autem ad mulierem : Fides tua te salvam fecit : vade in pace.

**E**n ce temps-là, un pharisien pria Jésus de manger avec lui. Jésus entra dans la maison du pharisien et se mit à table. Et voici qu'une femme, qui était une pécheresse de la ville, ayant su qu'il était à table dans la maison du pharisien, apporta un vase d'albâtre plein de parfum ; et se tenant derrière lui à ses pieds, elle se mit à les arroser de ses larmes et à les essuyer avec ses cheveux ; et elle embrassait ses pieds, et les oignait de parfum.

Le pharisien, qui l'avait invité, voyant cela, se dit en lui-même : « Si cet homme était prophète, il connaîtrait qui et de quelle espèce est la femme qui le touche : c'est une pécheresse. » Jésus prit la parole et dit : « Simon, j'ai quelque chose à te dire. » Il dit : « Maître, parle. » « Un créancier avait deux débiteurs : l'un lui devait cinq cents deniers, et l'autre cinquante. Comme ils n'avaient pas de quoi payer, il leur remit à tous deux leur dette. Lequel l'aimera le plus ? » Simon répondit : « Celui, je pense, auquel il aura le plus remis. » Jésus lui dit : « Tu as bien jugé. » Et, se tournant vers la femme, il dit à Simon : « Tu vois cette femme ? Je suis entré dans ta maison, et tu ne m'as pas versé d'eau sur les pieds ; mais elle, elle les a mouillés de ses larmes, et les a essuyés avec ses cheveux. Tu ne m'as pas donné de baiser ; mais elle, depuis que je suis entré, elle ne cesse de me baiser les pieds. Tu n'as pas versé d'huile sur ma tête ; mais elle a oint mes pieds de parfum. C'est pourquoi je te le dis, ses nombreux péchés lui sont remis ; car elle a beaucoup aimé. Mais celui à qui l'on remet moins, aime moins. » Et il dit à la femme : « Tes péchés te sont remis. » Ceux qui étaient à table se mirent à dire en eux-mêmes : « Quel est celui-ci qui remet même les péchés ? » Mais Jésus dit à la femme : « Ta foi t'a sauvé, va en paix. »

**B**enedic, anima mea, Dómino, et noli  
oblivísci omnes retributiones eius : et  
renovábitur, sicut áquilæ, iuventus tua.

## SECRÈTE

**A**ccépta tibi sint, Dómine, quæsumus,  
nostri dona ieiúnií : quæ et expiándo  
nos tua grátia dignos efficiant, et ad  
sempitérna promíssa perdúcant. Per  
Dóminum.

*Mémoire des saints Cyprien et Justine.*

**M**únera tibi, Dómine, nostræ  
devotiónis offérimus : quæ et pro  
tuórum tibi grata sint honóre Iustórum, et  
nobis salutária, te miseránte, reddántur.  
Per Dóminum.

## COMMUNION *Psaume 118, 22.24*

**A**ufer a me oppróbrium et contéptum,  
quia mandáta tua exquisívi, Dómine :  
nam et testimónia tua meditatio mea est.

## POSTCOMMUNION

**Q**uæsumus, omnípotens Deus : ut, de  
percéptis munéribus grátias  
exhibéntes, beneficia potióra sumámus.  
Per Dóminum.

*Mémoire des saints Cyprien et Justine.*

**Ô** mon âme, bénis le Seigneur, et  
n'oublie pas ses nombreux bienfaits ;  
et ta jeunesse sera renouvelée comme  
celle de l'aigle.

**Q**ue l'offrande de notre jeûne, nous  
vous en prions, Seigneur, vous soit  
agréable ; qu'en nous purifiant, il nous  
rende dignes de votre grâce et nous  
conduise aux biens éternels promis par  
vous. Par...

**N**ous vous offrons, Seigneur, les  
présents de notre dévotion : daignez  
les agréer pour l'honneur de vos saints et,  
dans votre miséricorde, faites qu'ils soient  
utiles à notre salut. Par...

**É**loignez de moi la honte et le mépris,  
Seigneur, car je m'attache à vos  
commandements ; vos enseignements sont  
ma méditation.

**N**ous vous en prions, Dieu tout-  
puissant : qu'en vous rendant grâces  
pour les dons reçus, nous obtenions de  
plus abondants bienfaits. Par...

**P**ræsta nobis, quæsumus, Dómine :  
intercedéntibus sanctis Martýribus tuis  
Cypriáno et Iustína ; ut, quod ore  
contíngimus, pura mente capiámus. Per  
Dóminum.

**N**ous vous en prions, Seigneur, par  
l'intercession de vos saints martyrs  
Cyprien et Justine : accordez-nous de  
recevoir d'une âme pure ce que nous  
touchons de notre bouche. Par...